

## Werk

**Titel:** Das Glaubensbekenntnis des Schulmeisters Rihkarius

**Autor:** Dümmler, E.

**Ort:** Hannover

**Jahr:** 1901

**PURL:** [https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530\\_0027|log36](https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530_0027|log36)

## Kontakt/Contact

[Digizeitschriften e.V.](#)  
SUB Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen

✉ [info@digizeitschriften.de](mailto:info@digizeitschriften.de)

## **Das Glaubensbekenntnis des Schulmeisters Rihkarius.**

Herausgegeben von E. Dümmler.

Seb. Günthner (Gesch. der litter. Anstalten in Baiern I, 156) berichtet, nachdem er von dem Grammatiker Erchanbert in Freising gesprochen: 'Der Theologie verschaffte um die nämliche Zeit ein gewisser Rickher, bekannt durch seine bestrittenen Glaubenssätze, vielen Zulauf'. Diese bei den neueren völlig unbeachtet gebliebene Nachricht, für welche keine Quelle angeführt wird, beruht doch, abgesehen von dem Zulauf, auf einem handschriftlichen Zeugnis, welches aus den ausführlichen Beschreibungen der vormaligen Freisinger, jetzt Münchener Hs. 27246 leicht ermittelt werden konnte, s. Föringer in den MG. LL. II, 551 und Sdralek in dem Archiv für kathol. Kirchenrecht XLVII, 211 (vom J. 1882). Da ausser diesen nur Schepss in der Zeitschr. für wissenschaftl. Theologie XXXVIII, 276 eine kurze Bemerkung über den Inhalt dieses im übrigen ungedruckten Aktenstückes gemacht hatte, so schien es der Mühe werth, es endlich einmal vollständig mitzutheilen.

Ogleich die Ueberlieferung auf f. 7—10 der erwähnten Hs. des 10. bis 11. Jh. eine der Entstehung des Schriftstückes fast gleichzeitige ist, so darf sie doch dem Verfasser nicht selbst beigemessen werden, weil er die darin enthaltenen Fehler und Auslassungen nicht verschuldet haben könnte. Auffallend ist, dass der Text oben auf f. 10 schon in der ersten Zeile ohne brieflichen Schluss abbricht, wiewohl die ganze übrige Seite und auch die Rückseite leer geblieben sind und also noch Raum genug geboten hätten. Das Ganze hat nämlich die Form eines Briefes, welchen der uns sonst gänzlich unbekanntes Schulmeister Rihkarius zu seiner Vertheidigung wider einen ungenannten Gegner zunächst an seinen unmittelbaren Vorgesetzten, den bekannten Bischof

Abraham von Freising (957—994) richtet, sodann an dessen Amtsbrüder, den Erzbischof Friedrich von Salzburg (954—990) und Reginold von Eichstedt (966—989), denn wohl nur dieser kann unter dem Reginhald der Adresse verstanden werden (wofür Sdralek fälschlich Reginbald las). Hieraus ergeben sich als Zeitgrenzen die Jahre 966 und 989. Die Briefform beschränkt sich jedoch auf den Eingang, das weitere ist, wie auch die Ueberschrift besagt, ein Glaubensbekenntnis, durch welches Rihkarius dem Vorwurfe von Irrlehren gegenüber seine Rechtgläubigkeit und volle Uebereinstimmung mit der katholischen Kirchenlehre erweisen will. Worin jene bestanden haben sollen, wird nicht ganz deutlich gesagt, man kann nur schliessen, dass sie sich auf die Göttlichkeit Christi und auf die heilige Dreieinigkeit bezogen haben müssen, weil davon allein die Rede ist. Ausser zahlreichen Bibelstellen beruft sich der Verfasser noch auf den christlichen Dichter Sedulius und auf die auch von ihm dem Boethius zugeschriebene Abhandlung 'De fide catholica', über welche neuerdings E. K. Rand gehandelt hat (Jahrbücher für klass. Philol. XXVI, woselbst S. 409 auf Rihker verwiesen wird). Andere Quellen seiner theologischen Gelehrsamkeit habe ich nicht ausfindig gemacht.

Das Interesse der kleinen Schrift liegt nicht in ihrem sachlichen Inhalt, sondern darin, dass in einer dogmatisch so stillen und armen Zeit, wie es das 10. Jh. im Gegensatz zum 9. war, doch ein Irrlehrer auftauchen konnte. Ich erinnere jedoch daran, dass ungefähr gleichzeitig auch zu Brumpt im Elsass ein gewisser Hartwig als gefährlicher Ketzer geschildert wird (s. die Verse in der Zeitschr. für Deutsches Alterthum XIX, 116). Der nachfolgende Abdruck beruht auf einer Abschrift, die ich der Gefälligkeit meines Freundes Traube verdanke.

#### Fides Rihkeri scolastici.

Domno suo Abraham, suis etiam cooperatibus, Dei vineae<sup>1</sup> christianissimis cultoribus, Friderico videlicet et Reginhaldio ceterisque tam episcopis quam suorum archiministris, verum etiam laicis, discreditivae<sup>2</sup> fidei normalitatem inviolabiliter considerantibus Rihkarius:

---

1) Verb. vielleicht aus 'viniae'. 2) Vielleicht 'discretivae' Tr.

Ut est quorundam estimantium opinio, nugator huiusmodi excellentiae virorum, catholicae veritatis temerator et, quod absit, perditus appareo iuxta vocem psalmigraphi<sup>1</sup>: *Quia ecce, qui clongant se a te, peribunt<sup>2</sup>, perdidisti omnem, qui fornicatur<sup>3</sup> abs te.* Reverentiam christianae religionis plures conati sunt usurpare et communem modum soliti sunt abusive et *carnaliter* interpretari orthodoxorum<sup>4</sup>, *ut Arrius, licet Deum patrem, humana tamen consuetudine filium minorem patre et alterius, non unius eiusdemque<sup>5</sup> substantiae confitetur<sup>6</sup>; Manichei<sup>7</sup> vero, qui duo principia sibi coeterna et adversa profitentur, Deum et principem tenebrarum, et animam de Deo, corpus vero de tenebrarum principe dicebant esse, unigenitum Dei non credentes, indignum etiam Deum filium habere diiudicantes<sup>8</sup>. Nestoriani duas naturas Dei et hominis arbitrati sunt (in hoc etiam non notandi), duas autem personas confessi sunt (ideo abominandi). Eutichiani vero unam personam in Christo probabiliter testati sunt, impie unam naturam Dei et hominis professi sunt. Catholici vero, in quorum classe me actenus censeo vixisse, inter Nestorianas et Eutichianas<sup>9</sup> hereses meditullium tenemus, duas naturas et unam personam inviolabili unitate unanimiter conclamantes, supra dictorum virorum heresibus non consentientes, sed benedictibus canonicisque confitentibus participantes, patrem esse quem filium et filium quem spiritum sanctum et spiritum sanctum quem patrem aut filium a vere fidei cultoribus exclusum esse decernimus. Aliam personam patris, aliam personam filii, aliam spiritus sancti esse, *non tamen tres deos, sed unum Deum*<sup>10</sup> in individuitate substantiae credimus, trinum in personarum vocabulis, solum in unitate deitatis; Sedulio<sup>11</sup> nostris partibus succurrente, incessabili voce concrepantes:*

*Non quia, qui summus pater est, et filius hic est,  
Sed quia, quod summus pater est, et filius hoc est.*

Caput omnium electorum Christus, [quem Deus] genus humanum miseratus, de sede suae maiestatis transmisit filium sibi coeternum ad Mariam virginem, cui nec ante nec post similis visa est, quia *virgo concepit, virgo peperit virgoque permansit,*

1) Ps. 72, 27. 2) 'peribunt a te' Hs. 3) 'fornicatur qui' Hs.; 'omnes qui fornicantur' Vulg. 4) 'ordodoxorum' Hs. 5) 'eiusdemque' wiederholt Hs. 6) Incerti de fide cathol. (Boetii Consol. phil. ed. Peiper p. 176), wo es heisst 'extra patris substantiam conf.' 7) 'Manichei' Hs. 8) De fide cathol. a. a. O.: 'non credunt. Indignum enim iudicant, si Deus habere filium videatur'. 9) 'et E.' auf Rasur. 10) De fide cathol. p. 175. 11) Carmen pasch. I, 319. 320.

Boetio testificante<sup>1</sup>. Nam catholicis et fidei veritas et raritas miraculi constat. Humanitas dignata divinitate poenam, cui per praevaricationem primi [hominis]<sup>2</sup> mortificata subiavit, per nativitatem secundi misericorditer evasit, iuxta illud<sup>3</sup>: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur*. Inde etiam ex assumpta humanitate ieiuniis affici, somno comprimi, convitiis obprobriisque coangustari, ligari, captivum duci, flagellari, colaphizari, derisui haberi, ad ultimum crucifigi, lanceari, morteque spatio teneri, sepeliri, dein tertia die devicta morte eum resuscitari, catholice confitemur. Credimus etiam, angelis eius subministrantibus, cunctis eius discipulis aspicientibus, elevatum in caelum, ut ipse est testatus<sup>4</sup>: *Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum*; et nos in die tremendi examinis resurrecturos, *cum venerit filius hominis in maiestate sua et reddet unicuique*, alii sic, alii autem sic<sup>5</sup>, omnibus tamen *secundum opera*<sup>6</sup> sua diviserit premia sempiterna; bonis vero dicendo<sup>7</sup>: *Venite benedicti patris mei, malis autem: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius*.

Si generalis fidei veritas ab omnibus huiusmodi celebretur christiculis, aut ego in aliquibus a tramite rectitudinis deviaverim, postulo, ne respiciatis personam meae tantillitatis, nec vultum cupiam divitis, sed iusta iudicia inter me et obloquentes, mihi notam criminis inponentibus<sup>8</sup>, *Iudicate, ut non iudicemini. Videte si est dolor ut meus*<sup>9</sup>. Vitam, quae Christus est, me denegare confitentur, quia ipse dixit<sup>10</sup>: *Ego sum via et veritas et vita; qui me invenerit, inveniet vitam*<sup>11</sup>. Tu Christe, cui nihil tenebrosum nihilque obscurum est, sed omnia manifesta, *discerne causam meam* et a supplantatoribus *erue me*<sup>12</sup> dexteræ tuæ fortitudine et a praeceptorum tuorum supergressoribus vindica me, cum quibus discipulos tuos es instruere dignatus<sup>13</sup>: *Si peccaverit frater tuus, vade, corripe eum inter te et ipsum solum. Si te non exaudiverit, adhibe unum vel duos; si autem non eos, dicatur ecclesiae*. Quod tertium et ultimum, duobus neglectis superioribus praeceptis, contra evangelica statuta in me, mihi minime promerenti, inlicite protulerunt, quod eum abnuerem, quem a primevo flore iuventutis ultra omne

1) De fide cathol. ed. Peiper p. 182. 2) Fehlt in der Hs.  
3) 1. Cor. 15, 22. 4) Joh. 20, 17. 5) Vgl. 1. Cor. 7, 7. 6) Luc. 9, 26; Matth. 16, 27. 7) Matth. 25, 34. 41. 8) Matth. 7, 1.  
9) Thren. 1, 12. 10) Joh. 14, 6. 11) Prov. 8, 35. 12) Psalm. 42, 1. 13) Matth. 18, 15—17.

quod dicitur aut quod colitur Deus, colui, dilexi, semperque desideravi ut factorem terrestrium caelestiumque creaturarum, ut eum, qui ex nihilo omnia in esse constituit, [quod]<sup>1</sup> quasi ex quodam fonte scaturiente sola voluntate emanavit, qui aliunde exordium et subsidium creandi non assumpsit: velle illius creasse fuit. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, nec ex accidenti bono bona omnia creavit, mala vero nostrae fragilitatis actione<sup>2</sup> processerunt, nec ex boni voluntate defluerunt.

Miror et ultra communem hominum intentionem mentis in extasi efferor, quemquam tam inhumanum et huiuscemodi procacitatis<sup>3</sup> protervitati deditum non resolvisse apostoli Iacobi sententiam referentis<sup>4</sup>: *Si quis ex vobis erraverit a veritate et converterit quis eum, scire debet, quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum.* Dum invicem dialogo non utebatur, neque aliquis ore ad os de huiusmodi divinae culturae tractatibus inter nos habebatur conflictus, unde me hominem nullius consilii et tam insani capitis fore recognovit, [ut]<sup>5</sup>, non, ut assolent sapientes de re minime exaudita, transgressor praeceptorum absentialiter me fieri adiudicaverit sacrilegum, dum scriptum sit<sup>6</sup>: *Ex ore tuo condempnaberis et ex ore tuo iustificaberis.* Si alterius fidei habear, quam ut haec scripta testificantur, per quaecumque volueritis argumenta, iustissimo examine per vosmet ipsos caute subtiliterque abprobate. Haec vero quae corporaliter exterioribus oculis nequeunt videri ut spiritaliter annotavi partim propagari, quia causa inscientiae deterior fit, dum tegitur, ut vulnus occultatum deterius foetebit<sup>7</sup>, quam si aperitur. Si autem haec aliter<sup>8</sup> visa fuerint, quam ut rei veritas pateat, non ut mercenarii, qui adversariis supervenientibus fugiunt<sup>9</sup>, sed ut veri pastores animas pro ovibus ponentes<sup>10</sup> et in praelio pro domo Israel quasi pro muro se ipsos constituentes<sup>11</sup>, spiritalibus ovem pascite, salvari cupientem ne pereat, et repertam humeris vestris dominico ovili apportate<sup>12</sup> et unitate fidei consolidatam totiusque cladis errore exutam misericorditer associate, quia<sup>13</sup> maius *gaudium* est coram angelis Dei *super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem*

1) Von Tr. ergänzt. 2) 'actio ne' Hs. 3) 'procacitatis' folgte noch einmal, ausradiert. 4) Jac. 5, 19. 20. 5) Von Tr. ergänzt. 6) Vgl. Jac. 3, 10: 'Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio'. 7) Auf Rasur. 8) Ueber der Zeile. 9) Joh. 10, 13. 10) Ebd. 11. 11) Ezech. 13, 5. 12) Vgl. Luc. 15, 4, 5. 13) Ebd. 7.

*iustis, qui non indigent poenitentia.* Separatim cuiuscumque ordinis sit a ceteris conveniamus, qui me catholicę eruditum non esse propalavit, honestaque illustrium virorum testimonia invicem experiendo, opponamus, ut, quomodo se incorruptae fidei veritas habeat, videamus. Si vero potius se in sua sententia perdurare consideraverit, et me in ea, quam praedixit, heresi esse contendere voluerit, christianissimam, quam professus sum, fidem aliis veratioribus scriptis obpedendo<sup>1</sup> impugnet, si potuerit.

---

1) Vgl. Horat. Sat. I, 9, 70.

---